

**ARISTOTELIS  
METEOROLOGICOR  
UM LIBRI QUATTUOR**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649092079

Aristotelis Meteorologicorum libri quattuor by Aristotle & F. H. Fobes

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.

Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**ARISTOTLE & F. H. FOBES**

**ARISTOTELIS  
METEOROLOGICOR  
UM LIBRI QUATTUOR**



**ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM  
LIBRI QVATTVOR**

LGr  
A717metF

# Aristotelis Meteorologicorum Libri Quattuor

RECENSVIT

INDICEM VERBORVM ADDIDIT

F. H. FOBES



CANTABRIGIAE MASSACHVSETTENSIVM  
E TYPOGRAPHEO ACADEMIAE HARVARDIANAE  
M DCCCC XVIII

151897  
23-3-19


## PRAEFATIO

ARISTOTELIS *Meteorologicorum* libros denuo mihi recensere adgredienti haec ante omnia proposui, primum ut codices manu scriptos quam plurimos alios maiore alios minore eura excuterem atque complurium textum qui in libro primo exhibetur cum textu Bekkeriano conferrem; deinde ut, codicum inter se adimitibus ut tunc maxime possem in ordinem digestis rudique instructo stemmate, eos reicerem quos vel nullius esse preti censerem vel minimi, in ceteris omnes *Meteorologicorum* libros conferrem atque ob eam causam perpenderem ut si minus ad pristinam auctoris integritatem at certe ad deperditum archetypum illum unde omnes codices fluxisse satis multis appareret indiciis<sup>1</sup> proprius contextum reducerem; dcinde ut in apparatu critico non solum codicum optimorum lectiones commcmorarem, iis solum omissis quae ad vocum scribendarum rationem pertinarent, sed etiam e commentatoribus antiquis fidelius hic illie proferrem testimonia quam ante edita *Commentaria in Aristotelem Graeca*, maxima illa in verbis magistri recte percipiendis adiumenta, vel summis euris fieri posset. Quac igitur in primo consilio exsequendo et in altero profeci, ea, cum aliquos abhinc annos in publicum dederim,<sup>2</sup> hic supervacaneum sit integra repetere; satis, quod mihi videtur, dixero si codicum stemma iterum depictum paucis illustravero atque orthographicas rationes attigero quibus obsecutus voces exscripserim.


In stemmate codicum illud fortasse notatione vel maxime dignum quod, codice Matritensi (M; v. infra, p. xl) modo cum H N cohaerente deinde cum J F, maior est in libris tertio et quarto codicum H N auctoritas quam in prioribus. Contaminati autem sunt F et W codices et versio Henrici; W enim et versio Henrici cum H N codicibus conspirant, modo cum N modo cum E W codex F.

<sup>1</sup> *Classical philology*, x (1915), 193–194.

<sup>2</sup> *Classical review*, xxvii (1913), 249–252; *Classical philology*, x (1915), 188–214, 297–314.



CODICVM STEMMA IN LIBRIS PRIMO ET ALTERO



CODICVM STEMMA IN LIBRIS TEKTO ET QVANTO

Ut alius in rebus ita in re orthographica E et J codicum auctoritati, illius praestantis, huius ab illo secundi, plurimum constanter tribui. Quaecumque ergo vel in E codice vel in J repperi ν ἑφελκυστικὰ ante vocales posita, vocalium κράσει in unam syllabam coeuntium, elisiones vocalium, hacc omnia retinui.<sup>1</sup> Neque ν ἑφελκυστικὰ ante consonantes posita neque hiatus inter vocales retinui nisi ubi et in J codice extiterunt et in E. Melius fortasse fecissem si in notis criticis exhibuissem quaecumque vel ad hiatus vel ad elisiones pertinentia praebarent J et E codices; at multitudinem notarum iam grandiorum nolui inhabilem reddere atque onerosam; in tabulam autem primam instruxi quae de J et E codicibus vel hiatus vel elisiones admittentibus mihi visa sunt alicuius esse momenti.

<sup>1</sup> Uno solum loco, nisi fallor, J et E codicibus inter se dissentientibus ambiguitatis vitandae causa hiatum admisi: 364a9 ἐκεῖνα] J: εκεῖνα E.

## PRAEFATIO

ix

## TABULA PRIMA

Vocabula in vocali desinentia	Sequitur in J <sub>1</sub> E <sub>1</sub> vocalis; non interpunkti	Sequitur in J <sub>1</sub> E <sub>1</sub> vocalis; inter- puncti	Elias est vocalis in J <sub>1</sub> E <sub>1</sub> ; non interpunktari	Elias est vocalis in J <sub>1</sub> E <sub>1</sub> ; inter- puncti	Sequitur in J <sub>1</sub> vocalis; non interpunkti	Sequitur in J <sub>1</sub> vocalis; inter- puncti	Sequitur in E <sub>1</sub> vocalis; non interpunkti	Sequitur in E <sub>1</sub> vocalis; inter- puncti
ἀλλά . . . . .	...	...	101	...	...	...	3	...
ἀλληλα . . . . .	1	1	...	...	...	3	...	...
ἄνο . . . . .	5	17	...	...	...	...	...	...
ἄρα . . . . .	1	1	...	...	...	...	...	...
ἄτε . . . . .	1	...	...	...	...	...	...	...
αὐτός . . . . .	23	3	...	...	7	...	3	1
γε . . . . .	4	1	...	...	1	...	2	...
δέ . . . . .	119	13	229	2	54	...	142	4
δῆ . . . . .	4	...	...	...	3	...	1	...
διά . . . . .	...	41	...	...	1	...	1	...
δέδ . . . . .	14	...	...	...	1	...	1	...
διότε . . . . .	1	...	...	...	...	...	1	...
ἐαυτοῦ (αὐτοῦ) . . . . .	2	...	...	...	...	...	...	...
εἰ . . . . .	9	...	...	...	2	...	...	...
εἴτε . . . . .	1	...	...	...	...	...	1	...
ἔνεκα . . . . .	1	...	...	...	...	...	...	...
ἔτει . . . . .	3	...	...	...	3	...	3	...
ἔπειδη . . . . .	2	...	...	...	...	...	...	...
ἔτι . . . . .	1	58	...	...	...	...	3	...
ἔτι . . . . .	7	...	...	...	2	...	3	...
ἢ . . . . .	82	...	...	...	12	...	6	...
ἢτοι . . . . .	1	...	...	...	...	...	...	...
ἴτα . . . . .	...	...	...	...	1	...	1	...
καὶ . . . . .	586	...	...	30	...	24	...	...
κατότι . . . . .	5	...	...	...	...	...	...	...
κατά . . . . .	...	44	...	...	...	...	...	...
μέντοι . . . . .	3	1	...	...	...	...	...	...
μετά . . . . .	...	10	...	...	...	...	...	...
μεταξύ . . . . .	2	...	...	...	...	...	...	...
μέχρι . . . . .	...	...	...	...	1	...	...	...
μή . . . . .	44	2	...	...	4	1	1	...
μηδὲ . . . . .	...	...	2	...	1	...	2	...
μήτε . . . . .	2	...	3	...	4	...	1	...
ὅτε . . . . .	1	...	1	...	1	...	2	...
ὅτι . . . . .	35	1	...	...	...	...	2	...
οὖ . . . . .	...	7	...	...	...	...	...	...

## PRAEFATIO

TABULA PRIMA (*pars altera*)

Vocabula in vocali desinentia	Sequitur in J: Ei vocalis; non interpunkt.	Sequitur in J: Ei vocalis; inter- punkt.	Ella est vocula in J: Ei; non interpunkt.	Ella est vocula in J: Ei; inter- punkt.	Sequitur in J: vocalis; non interpunkt.	Sequitur in J: vocalis; inter- punkt.	Sequitur in Ei vocalis; non interpunkt.	Sequitur in Ei vocalis; inter- punkt.
οὐδὲ.....	..	..	9	..	3	..	2	..
οὐκέτι.....	1	1	..	..	..	..	..	..
οὐτε.....	10	..	8	..	4	..	5	..
οὐτω.....	..	..	..	..	..	..	1	..
παρά.....	..	..	10	..	..	..	..	..
περί.....	41	..	..	..	4	..	1	..
πότος.....	2	..	..	..	..	..	..	..
πόδι.....	1	..	..	..	..	..	..	..
ποτέ.....	..	..	2	..	..	..	..	..
τε.....	19	..	5	..	6	1	7	..
τις.....	15	..	7	..	6	..	2	..
τις.....	11	..	..	..	1	..	3	..
τινός.....	7	..	17	..	4	..	1	..
διστε.....	18	..	24	..	4	..	11	..
Nomina.....	251	116	..	..	12	5	13	4
Nomina propria.....	7	1	..	..	2	..	..	..
Pronomina et adiectiva demonstrativa.....	61	9	17	..	20	..	12	..
Pronomina et adiectiva relativa.....	30	..	1	..	6	..	2	..
Adiectiva.....	182	77	2	..	15	5	13	6
Adiectiva verbalia.....	27	24	..	..	3	3	1	..
Verba.....	309	168	4	..	25	4	14	10
Participia.....	84	22	..	..	8	..	4	1
Adverbia.....	85	15	6	..	13	..	5	..
Articuli.....	817	..	..	..	50	..	39	..

Ex altera autem tabula apparet ν ἐφελκυστικὰ multo saepius in E codice<sup>1</sup> quam in J esse posita.

<sup>1</sup> Cf. F. A. Trendelenburg, *Aristotelis De anima libri tres*, Ienae, 1833, p. xxiv.

## TABULA ALTERA

Post ν ἐφελκυστικόν posita est in J <sub>1</sub> neque in E <sub>1</sub> consonans; non interpunxi .....	20
Post ν ἐφελκυστικόν posita est in J <sub>1</sub> neque in E <sub>1</sub> consonans; inter- punxi .....	3
	23
Post ν ἐφελκυστικόν posita est in E <sub>1</sub> neque in J <sub>1</sub> consonans; interpunxi .....	103
Post ν ἐφελκυστικόν posita est in E <sub>1</sub> neque in J <sub>1</sub> consonans; interpunxi .....	34
	137

Nec vero desunt alia in quibus mihi quidem visa est vel J solius vel E solius auctoritas satis esse quae lectionem difficiliorum comprobaret. Codicibus ergo J et E inter se dissentientibus formas ταῦτον, τοῦτον, αἰεὶ, ἔπειρ, οὐτῶς (sequente consonante), μέχρι (sequente vocali), πᾶς (praeēunte consonante), ἄπας (praeēunte vocali), potiores duxi quam ταῦτό, τοῦτο, αἰεὶ, ἔπειρ, οὐτώς, μέχρις, ἄπας, πᾶς. Vocabuli ἄλως pluralem nominativum bis ἀλω redidi (344b2, 373a27, codicibus J et E consentientibus), bis autem ἀλως (374a15, 377b34, J codice lectionem difficiliorem praebente). Vocabuli εἴω sive εἰω in forma alterutra codicibus J et E consentientibus eam in loco quoque praetuli formam cui suffragatus sit codicum consensus; dissentientibus J et E codicibus codicis J auctoritati sum obsecutus (366a19, b21; cf. etiam 367a17). Similiter in κάω sive καῖω vocabulo ubicumque dissenserint (341b2, 26, 371a31, 388a6), antiquioris sum obsecutus auctoritati; haud quaquam tamen censco Aristotelem ipsum, iis saltem locis in quibus, velut 389b21–22, vocabulum iteraverit, alteram modo formam posuisse, modo alteram. τελείωσις constanter codice E praebente, J codicem inter τελείωσις et τελέωσις fluctuantem secutus sum. Formas μάλνωσις et ψεκάς nusquam in textum recepi; ubicumque autem in codicibus manu scriptis inveni, rite in notis criticis exhibui. At cum neque in textum receperim neque in notis criticis exhibuerim formas γινοματ, γινώσκω, μίγνυμ, μιγνίω, μίξις, οιθεῖς, πλεῖστ, σώζω, argumenta e silentio concludere nisi caute non licebit (e.g., 370b16, ubi non πλεῖστ sed πλέον praebent J F H N 38). Codicis E scribae μετηγνύμι nihil plus mihi quidem